Salzburg (?), Ende 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Clxj 171

lumos da eis. pnc et ptr. fia ij.
Lres. Probate Ad ephesios.
Quid sit bene placitum deo.
Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum. magis autem et redarguite. Que enim in occulto fiunt ab ipsis turpe est et dicere. Omia autem que arguuntur a lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur lumen est. propter quod dicit. Surge qui dormis et exurge a mortuis et illuminabit te xpistus. S. marci. vii.
Illo t. Conuenerunt ad ihsum pharisei et quidam de scribis venientes ab hierosolimis. Et cum vidissent quosdam ex discipulis eius cum immundis id est non lotis manibus manducare panes vituperauerunt. Pharisei autem et omnes iudei nisi crebro lauerint manus non manducant tenentes traditionem seniorum. Et a foro cum venerint nisi baptizentur non comedunt. Et alia multa sunt que tradita sunt illis servare baptismata calicum et urceorum et eramentorum et lectorum. Et interrogabant eum pharisei et scribe. Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum sed communibus manibus manducant panem. At ille respondens dixit eis. Bene prophetauit isaias de vobis ypocritis sicut scriptum est. Populus hic labiis me honorat. cor autem eorum longe est a me. Sed uanum autem me colunt docentes doctrinas et precepta hominum. Relinquentes enim mandatum dei tenetis traditionem hominum. Omnia enim hec iniquitates. pentecos. Ad colosen
Lres. Non cessamus pro vobis orantes et postulantes ut impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia et intellectu spiritali ut ambuletis digne deo per omia placentes in omni opere bono fructificantes et crescentes in scientia dei in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius. in omni patientia et longanimitate cum gaudio gratias agentes deo et patri qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine qui eripuit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii dilectionis sui. In quo habemus redemptionem et remissionem peccatorum. Pax in xpisto domino nostro. S.
Illo t. Loquente machabeo. ihsu ad turbas. ecce princeps unus accessit et adorabat eum dicens. Domine filia mea modo defuncta est. sed veni et impone manum tuam super eam et viuet. Et surgens ihs sequebatur eum et discipuli eius. Et ecce mulier que fluxum sanguinis patiebatur duodecim annis accessit retro et tetigit fimbriam vestimenti eius.